UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lamentationes Obscurorum virorum. non prohibite per sedem Apostolicam

Gratius, Ortwin

Colonie, 1518

VD16 G 2925

In perfidos Iudeos Epigra[m]ma eiusdem Ortwini cuius etia[m] est carmen precede[n]s

urn:nbn:de:hbz:466:1-34628

Visual Library

Diues opum. patria. ſicq; Sycamber erat
Huic ſimul ingeniũ. feruens. ſublime. profundum
Maius Ulyſſęo Dedalioq; fuit
Ignea vis etiam. pleno cui Copia cornu
Optima de multis. vel mage cuncta dedit
Aurea cœleſti tulit hinc propagine mala
Non ager heſperidum. quę nec hymetus habet.
Ceſpite de viuo. violas. menthamq;. crocumq;
Legit. et aureolis. lilia miſta roſis.
Dulcifluoq; ſatur. diuini nectare roris
Theologos inter. lumen honorq; fuit
Multiplicis rerum formas. abſtruſaq; nouit
Condita naturę. cœlicoliſq; deis.
Conſultos inter iuris. Legumq; peritos
Cordatum geſſit doctiloquumq; virum
Pro Chriſti grege ſollicitus. vigilantior Argo
Et Capitolinę. maximus ędis. honos
Libera mens. rectiq; tenax. et neſcia falſi
Uirtutum cunctas accumulauit opes
Hic igitur notus. croceo quo phœbus ab ortu
Surgit. et occiduas pronus vbi intrat aquas
Huius et (vt dignum eſt) manet. ęternumq; manebit
Gloria. victuro perpetuata die
Non tamen hinc abeat quiſq;. quin poplite flexo
Pro doctore. pias fundat ad aſtra preces.

In perfidos Iudeos Epigrãma eiuſdem Ortwini cuius etiã eſt carmen precedẽs

Impia gens hominũ. gens ferrea. gens male ſperans
Tendit ad obſcuros. tartara nigra. lacus.
Omnia vincũtur manibus. ſic marmora ferro
Saxaq; de facili ſepe cauantur aqua
Sanguine molleſcit adamas. glacialia phœbo
Frigora. et a phœbo ſoluitur omne gelu
Monſtra quot Alcides domuit? quot carmine manes
Thraÿcius orpheus mouit? et ore feras?
Saxa quot Amphion? quot methymneus Arion
Delphines? Thamiras quot miſer ipſe deas?
Nullo hec mutari poterit gens improba verbo
Improba. que vere eſt. trux. ſcelerata. rapax.
Lucifuga. inconſtans. nullo mutabilis euo
Deucalionea vix renouanda manu

Hec niue frigidior. vel ſaxo durior omni
Nec minus hircana tygride ſeua latet
Hoc ſcelus indignū gelido ſub corde volutat
Et crudelis alit pectora ceca furor

Aliud in Iudeos ad dei laudē ꝙ ex illis nōnulli ad fidem cōuertantur.

Epigramma eiuſdem

Creſcit honor Chriſti. gaudent pia numina celo
Et Jouis etherei. gaudia mater habet
Exultant ſuperi. celum letatur. et omnis
Angelicus decimo gaudet in orbe chorus
Gaudia mortales agitant. noua gaudia mundus
Suſcipit. et leto ſcandit ad aſtra gradu
Nam Solymi. genus infelix. ſemenqꝫ nephandum
Turpia nunc tepidis fletibus ora rigant
Poſt lachrymas fundunt gelido de pectore queſtus
Et furor immitis. languida corda. fouet.
Plumbeus in vultu color eſt. ſunt lumina ceca
Aggrauat ingratus. ſegnia membra. dolor.
Quid mirū: cecidere omnes. victiqꝫ repugnant
Artibus incultis. femineaqꝫ manu
Non latio. non hoſtili. non deniqꝫ noſtro
Sed recutita ſuo concidit enſe cohors
Hoc opus a multis agitur. qui tecta malorum
Sacrilegūqꝫ ſimul. deſeruere genus.

¶ In memoriā honeſtiſſimi doctiſſimiqꝫ viri dn̄i et mgr̄i Joānis wanger de Nurtingē ſacre theologie licētiati Agrippinēſis quoqꝫ gymnaſij (qd̄ nr̄i lauretū. greci vō daphnona vocāt) regētis ꝑuidi. Carmē hoc ſepulchrale elegiacū Ortwinus Gratius bonarū artium profeſſor edidit.

Qui venis huc ſupplex templi Luſtrator et are
Aſpice quem ſignant carmina noſtra taphum.
Sub quo virgineum corpus. venerandaqꝫ diuis
Chriſticolumqꝫ gregi. dulciter oſſa cubant.
Hic iacet ante pedes victuro dignus honore
Qui ſophie quondam frugifer auctor erat.
Occidit heu nimium crudeli funere raptus
Cuius ad interitum pulpita docta ſilent.
Nomen Joannes huic Nurtingenſis. in omne
Tempus. et extenta poſteritate ſacrum.